Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Oratione.

Domine Jhesu Christe, qui ante tempus incarnationis tuæ, per os Dauid de homine dixisti: Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Et iterum dixisti per eundem prophetam: Si prophanauerunt iusticias meas, et mandata mea non custodierunt, uisitabo in uirga iniquites eorum. Ergo domine Jhesu Christe, propter gloriosam incarnationem tuam, tentationem, baptismum et ieiunium tuum, et amarissimã passionem tuam, gloriosam resurrectionem et ascensionem tuam, atq; spiritus sancti missionem euacua hoc corpus huius famulæ tuæ. N. ab angelis apostaticis, et destrue omnia maleficia posita contra eum in domo eius, uel alibi absconsa, siue per cibum aliquem ab ea comesta, et expelle omnes spiritus dicto maleficio obligatos, et ex uirtute eiusdem maleficij hanc famulam. N. attentantes per intercessionem sanctissimæ Virginis Mariæ et omnium sanctorum, quorum hic reliquiæ continentur, qui uiuis et regnas. etc.

Post hoc dicatur Euangelium: In principio erat. etc. quo finito subiungatur Oratio:

Per uirtutem et potestatem illorum uerborum sancti Euangelij præcipio uobis spiritibus immundis, quicunq;